

12.

1779, 2a

7

COMMENTATIO

DE

POENIS AB EFFECTIBVS
DEFENSIONIS NATVRALIS

ETIAM

IN STAV CIVILI

PROBE DISTINGVENDIS

QVA SIMVL

LEGES GERMANICAS

ADVERSUS FACINOROSOS VAGANTES

DIE ZIGEUNE R etc.

EXTANTES

ALIAQVE IVRA HVC SPECTANTIA

ILLVSTRAT

ET AD

ORATIONEM IN AVGVRALEM

DE

GENVINA LEGVM POENALIVM INDOLE

APVD VETERES ROMANOS

BENEVOLE AVDIENDAM

EA QVA PAREST OBSERVANTIA

INVITAT

IVLIVS FRIDERICVS MALBLANC

I. V. D. INSTITUTIONVM IMPERIALIVM PROF. PVBL.

ORD. ET COLLEGII ICTORVM ASSESSOR.


ALTORFII

TYPIS IOHANNIS ADAMI HESSELII

ACADEMIAE TYPOGRAPHI.



COLLATIONE
DE MUSICA NATURALIS
INSTRUMENTIS
I. E. INSTRUMENTIS
MUSICALIBUS
ALIAS INSTRUMENTIS
GRADUOS INSTRUMENTIS
CINQUAS INSTRUMENTIS
TERTIAS INSTRUMENTIS
TRITIAS INSTRUMENTIS
TRITIAS INSTRUMENTIS
TRITIAS INSTRUMENTIS



INTROITVS.



Inter varias, quas ex veterum lectione percipere possumus, voluptates, haud minimi, ut equidem puto, momenti sunt, illa rationis incorruptae, nulliusque praeiudicatae opinionis caligine obductae, puraque veritatis fulgura, undique dispersa, quae nocturno tempore transcendunt nubila, maiorisque, ubi ex ore integri viri, tenacisque emituntur, sunt roboris, et efficacie, quam ceteroquin pharetra, sententiarum communium, auctoritatunque languidarum voluminibus gradata. Ita hisce diebus *Sallustium* evolventi, quem, praeter eximium scribendi genus, ob singularis admodum prudentiae politicae libertatem prae multis habui amicum, obvia forte fuit celebris illa oratio, a M. P. Catone adversus Catilinae socios coniuratosque, ut scilicet ultimum de illis supplicium sumeretur, coram senatu habita, quae, utcunque pro genio istius aevi, quo tam rerum gestarum scriptores eloquentiae

A

laudes

laudes aemulabantur, ab autore belli Catilinarii sit efficta, ita tamen formata est, ut inconcessa et virilis animi magnitudinem, veritatisque haud fucatae effectum, uti quidem Catonem decebat, undique prodat, adeoque ex omni praefet parte monitum illud Horatianum, cuicunque scriptori commendandum:

respicere exemplar vitaे morumque iubeho
doctum imitatorem, et veras hinc ducere voces.

Quippe satis inter omnes constat, coniuratione atque confusione Catilinac, quae de perturbanda et opprimenda republica inierat, patefactis, primariisque scelerum popularibus in vincula coniectis, in senatu de eo praecepue, quid in cives, tantum facinoris convictos, nunc statuendum sit, ingenti cura et anxietate actum esse, Caio quidem Caesare, quem pro novarum rerum studio coniurationis non plane ignarus, vel ad minimum non ita, quomodo patriae amor exigere videbatur, illi infestum nonnulli suspicabantur, omni philosophiae, prudentiae politicae, variorumque stratagematum apparatu, praecepue uero Porciae, aliarumque legum romanarum, quibus non animam eripi, sed exilium damnatis civibus permisum esset, praetextu, ut vitam captivis conservaret, admidente, cui contra sententiae M. P. Cato, iusto non minus animi fervore, quam periculi imminentis contemplatione impulsus, totum se opposuit „longe mihi, inquiens, alia mens est, cum

„res

„res atque pericula nostra considero, et cum sententias non
„nullorum mecum ipse reputo. Illi mihi differuisse videntur
„de poena eorum, qui patriae, parentibus, aris atque focis
„suis bellum paravere: res autem monet, cavere ab illis ma-
„ggis, quam quid in illos statuamus, consultare. Nam caete-
„ra (maleficia) tum persequare, ubi facta sunt; hoc, nisi proxim-
„deris, ne accidat; ubi evenit, frustra iudicia implores. a)

§. I.

Scilicet in quaenunque societate hominum, ad iusti regi-
minis formam redacta, plura existere possunt maleficia, quae
plerumque, sicut etiam varii persecutionum modi, legibus
passim in auctores statuti, delictorum, poenarumque proprie-
tatum classi perperam accensentur, cum potius, nisi diversa
plane misceri velint, pro factis directe hostilibus haberi, ideo-
que etiam supplicia et cetera, quae sive nimia hominum, ca-
vendo, ne metuant alii, ipsos sese metuendos efficientium,
trepidatio, sive dira necessitas progenuit, mala, magis ex fa-
cultate defensionis s. belli naturalis, quam potestate punitiva,
imperio civili annexa, derivari deberent, et explicari. Nem-
pe omnibus patet, et, ut eleganter Cicero, non scripta, sed
nata lex est, quam non didicimus, accepimus, legimus, ve-

A.2 rum

a) *Sallustius in bello Catilin.* edit. Bipont. c. 52.

rum ex natura ipsa arripimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, ut, si vita, corpus, reliqua bona in alias infidias, si in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidissent, omnis honesta ratio esset expedienda salutis. Hinc illa naturalis, nos nostraque contra aliorum lacerationes atque iniurias, et, si finis conservationis aliter obtineri non potest, etiam cum illorum oppressione defendendi facultas, ad nauseam usque decantata, sed eo ipso mirum in modum contorta, et, quo simpliciori nititur principio, eo deniori regularum inanum farragine passim circumvallata. 1) Absolvitur illa nisi naturali, sive universalis principii animae, ad actionem et extensionem tendentis, specialiori directione ad obiecta externa, quae, si consentanea sunt, appetit homo, si adversantur, quovis modo removere cupit. Fertur itaque non solum ad conservandam vitam, eaque, sine quibus illam degi haud posse, putat, sed et ad tollenda quaevis obstacula externa, ipsi inimica. 2) Neque tamen instinctus ille naturalis ita sibi constat, ut, quum praesens finis obtentus videatur, ipse ulterius progredi desinat. Haud quamquam enim deflebit a cursu suo, etiam si periculum momentaneum transierit, iniuria repulsa sit, damnum resarciatum, sed et accedit appetitus, reponendi doloris, qui servore sanguinis rapitur in immensum, ut extinguendi illos, qui nocuerunt, cupidine flatur.

gret,
2) conf. celeb. Dni Cochii eximia tractatio von den Neigungen.

gret, immo in ea saepe, quae non laesere, et res quoque inanimatas faciat. b) Quae quamvis natura bene et sapienter ordinata sint, ut nempe ratio propter pigritudinem aut ignoriam non deseratur, deinde homines metus atque sollicitudo quedam naturalis ab iniuriis arceret: attamen ista omnia gubernatione et moderatione indigent. 3) Igitur rationi, quae causas rerum, illarumque nexum, quantum necesse est, inteligit, pro sublimi hominis destinatione vitae pretium, illiusque conservationem aestimat, simulque iustas proportiones inter media, ad obtainendum finem sufficientia, cogitando inventit, relictum, appetitus illos naturales, longius evagantes, exultantes, et sive cupiendo sive fugiendo modum transeuntes, contrahere, sedare, excitare, uno verbo, ad finem, nec ultra, dirigere. In quo vero, quum necessariae defensionis gradus infinites inter se differant, et unice ex factis et circumstantiis diiudicari possint, in abstracto certi limites modique determinari nequeunt. Nec vindicta, quandoquidem et pulsato praesenti periculo, pro futura securitate vigilat, protinus damnanda, nec ad vitam tantummodo summum illud defensionis ius, sed et ad bona reliqua spectat, non quasi natura his idem insit pretium, sed quoniam secundum individuum

A 3

rerum

b) conf. Ab. Schmiths Theorie der moral. Empfindungen II. Thl. III. Abschnitt, inde quoque dirum talionis ius apud populos primaevos insigne, de quo vid. imprimis illustr. eques Michaelis in auro ope-
re des Mosaischen Rechts P. V. §. 240 sq.

terum nexus, universum colligantem, vita sine illis degi
haud potest, ut recte dicatur, iura laesi in laedentem tendere
in infinitum, nisi, quod mera vindicta, quae a fine sive pre-
sentis sive futurae defensionis securitatisque plane abhorret, et
dulcedine sua tantum fertur, nec bonum gignit, a sana ra-
tione probari haud possit. c) Est etiam natura quaedam in-
juriarum vindictarumque communicatio, rationi conveniens,
a domo stirpe coniuncta sensim foras serpens, cognationibus
primum et affinitatibus, deinde amicitiis et vicinitatibus, po-
strem totius complexu gentis humanae, secundum quam
quisque pro vinculi necessitudine iniurias, atque damna alteri
illata sua facit, ita, ut et in vindicandis iniuriis unus fiat ex
pluribus. Qualem sensationum harmoniam, socialitati conformem,
nostrates sympathiam vocare solent. d) Otiosae ve-
ro sunt, quae de iustitia vel iniustitia belli punitivi in statu
naturali, s. imperii civilis nexus soluto, passim disputantur.
Omnia enim defensionis s. vindictae naturalis iura adversus

ag-

c) Conspirat in iustis vindictae naturali limitibus ponendis Auctor der
Abhandlung vom Straf-Krieg in der Sammlung Juristisch-Philoso-
phisch- und Critischer Aufsätze I. Band, p. 281, dum uero uocem poe-
nas societati tantum ciuili contentaneam ad statum suum naturalem
transfert, erroneum parallelissimum cum pericolosis conclusionibus,
qui exinde in statu ciuili pro extendendo facultatis punitivae ambitu
formatur, animaduertisse haud uidetur, de quo statim plura.

d) cons. Schmith l. c. II. Thl. II. Haubst.

aggressorem tantum tendunt, et ad periculum ab illo metuendum sunt restringenda. Si itaque casus singitur, quod securitas plena sine illius totali interitu obtineri possit, vel ita iam sit restituta, ut vietus ad ulteriorem noxam inferendam inidoneus plane existat, tum valde dubito, an cum sanae rationis applausu, quo tertiiis solummodo terror iniiciatur, ulterius in illum, et usque ad eius internacionem fauvire licet, quia a) inter remotam praesumptionem, a generis humani indole defumtam, lubricam, nulloque adhuc facto specialiori determinata et animam homini cripiendam, quo casus futuri possibles sed incerti praecaveantur, nulla existit proportio, ad exactandum defensionis naturalis ius sufficiens. Quis enim tibi sic timere permisit? c) Deinde b) in genere etiam reliquorum malorum inflictio, quae sub nomine poenarum pro obtinenda securitate publica in vita civili inventa est, in statu illo naturali nec applicari, nec effectum producere posset, quoniam exceptandi mali certitudo, illiusque representatio, poenarum omne punctum ferens, in tertios, ex hypothesi aequalibus iuribus viribusque instructos cadere haud potest, nec sine superioris nota, statum illum destruente, cogitari, et ad metum antea naturae insitum nihil accederet. Aut igitur, qui de bello punitivo in statu naturae quaerendo, illiusque iustitia tam anxie laborant, intelligunt poenam proprie talem,

infra.

c) Quintilianus Inst. Orat. L. VIII.

infra penitus indagandam, aut vindictam illam naturalem supra descriptam. Prior intelligi non potest, quoniam extra imperii civilis nexus poena, legibus regulisque uniformibus et ad totum spectantibus adstricta, illiusve executio cogitari nequit. Si vero posterius, tum a defensionis, et quae illi subordinata est, vindictae naturalis iure, cuius limites iam posui, haud differt, tum vero nec opus, terminorum alienorum vel aequivocorum inordinato et promiscuo usu rerum iuriumque confusione inducere. 6) Neque etiam pro stabiliendo iure puniendi, aut poenas imprimis capitales infligendi, in statu civili quidquam refert, ideam et ambitum belli naturalis, quem vocant, punitivum, tam anxie captare atque sectari, siue iura summi imperii pacis et translationibus singulorum demum ortum traxisse, siue superiorum facultates natura ipsa, legibusque universi, rerum viriumque subordinationem, scalamque inferentibus, natas et constitutas, aut secundum Hobbesium reliquorum derelictione in immensum corpus coaliuisse velis, quoniam ubique iura inde derivanda, si quidem illa definire, numerisque exprimere cupis, fanae rationi, finique societas ordinatae consentanea esse debent, nec itaque effectu differre diversa inter se principia. Quodsi summo imperio trihuis facultatem, poenas etiam capitales in infinitum statuendi, eo modo ac sensu, quo iura defensionis naturalis singulorum,

in

Leviathan c. 28.

in infinitum progredientia, simpliciter in illud translata putas, tum, praeter caetera absurdia, ab aliis satis superque notata, defensionem atque vindictam naturalem cum genuino conceptu poenae, haud quaquam tam late patente, iterum iterumque confundis et misces. Scilicet in eundem statum naturae, cuius miserias et innumera belli privati mala artificio tuo politico evitare concupisti, immo, nisi natura ipsa benignior esset, in tristiorem recumbis. Si vero imperio natura constituto illimitatum, poenas statuendi, arbitrium inesse, omniaque singulorum iura in illo reliquorum derelictione coaluisse statuis, tum vitae socialis et civilis ideam, quam in praemissis supposuisti, in conclusione iterum destruis, atque optimum, pulcherrimum, saluberrimumque naturae institutum in arbitrium despoticum s. dominium transformas, et, quae tantum in hominum colluvie, a societatis civilis lege aliena, cogitanda sunt, dirae necessitatis mala, iterum perverse ad statum civilem applicas. Quodsi contra summae, ubicunque illa originem trahat, potestatis iura rectae rationis ductu unice ex idea vitae socialis atque civilis, utpote quae iam interna sua oeconomia ad securitatem publicam plurimum conferre debet, rite derivantur, ideoque poenae conceptus, societati civili solummodo adaequatus, a iure defensionis naturalis, sub imperio quidem certo modo perdurante, sed a poenarum instituto plane diverso, accurate separatur, ideoque omnia ex propriis

B

suis

suis fontibus hauriuntur; tum non opus est, poenarum proprie talium facultatem, iurisque, illas infligendi, ambitum in statu naturali quaerere, seu transcriptis status arbitrarii principiis arbitrarii de bello punitivo etc. vitae civilis finem et iura inde profluentia arbitraria reddere, et in immensum augere. Quippe legislatorem, ubi circa inveniendas poenas, cuique delicto consentaneas, versatur, naturam quidem imitari decet, hominumque indoli illas adaequare, sed non, quod ad singulos spectat, individuumque arripere, et in universi tabulam transferre,

— — — non ut placidis coeant immitia non ut serpentes avibus geminentur, tigribus agni.
Sed clarius mentem explicabo.

Evidem, quamvis homines, qui ad uitam socialem naturali feruntur appetitu, simul ita comparatos esse putem, ut plerumque regi, quam regere norint rectius, atque omnis multitudine sicuti natura maris per se sit immobilis, nisi venti et aerae cieant, et iure quodam de illis praedicari possit, quod natura ipsa sibi dissidente, nec etiam aequalibus instructa viribus, maximam partem sint proclives, ad vitam sub auspiciis eorum, quos virtute praestantiores sentiunt, quive, cum prohiberent iniuria tenuiores, aequitate constituenta summos cum infimis pari iure retinerent, degendam, ideoque eodem sensu, quo hominum subordinatio nexui rerum naturali consentanea

de-

deprehenditur, omne magistratus ius recte dicatur iuris divini, sed pactis deinde varias in formas expressum, atque determinatum; attamen etiam post iudicia constituta poenasque inventas naturale defensionis ius, ubi periculum urget, quodammodo salvum habemus, utpote quod casu obveniente non solum privatis competit, quia secundum Ciceronem duo sunt genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim, et confugiendum semper est ad posterius, si uti non licet superiori, sed et a potestate suprema sive proprio sive societatis nomine diversimode exerceri potest, atque a poenarum ratione toto distat coelo. Omnis nempe poena, in societate, iusto regimini subiecta, legibus statuta, si quidem rectae rationi accommodari velit, semper ita comparata esse debet, ut, cum assequi non possit, ut, quod est factum, sit infectum, non praeteritum, sed futurum tantum respiciat, ne iterum aut ipse aut aliis quilibet, exemplo adducetus, delinquit. Quoniam praeter ea, quae ipsa iam societatis civilis, sapienter ordinatae,

B 2

tae,

g) conf. celeb. Wieland in eleganti tractatione vom göttlichen Recht der Obrigkeit im teutschen Merkur, de a. 1777. Schaffresburi op. Philos. P. I. p. m. 140. cuius aurea sunt verba hic spectantia. Nec video, quid ab isto naturali ordine meruant Algernon Sidney, Rousseau aliquique, meritis suis pactis adfixi, quam tamen, nisi natura ipsa duce ac praeципiente, nec cogitatum nec actum de illis fuisset, deinde maius adhuc iisdem insit robur, si natura ipsa faciali, tutissimos ipsa limites ubique ponente, sint iusta.

tae, interna natura ad mutuam praefat securitatem, poenarum ratio tanquam artificium politicum, nullibi nisi in statu civili possibile, ideo accedit, ut, quantum fieri potest, vindictae privatae, futuri nimis providae, excessus, innumeraque mala e medio tollantur, exinde sponte sequitur 1) quod unus poenarum finis absolvatur partim emendatione reorum politica, 2) partim exemplo simul, quo reliqua societatis membra a simili protervia deterreantur, statuendo. 3) quod actionum humanarum principiis, causis, affectibus, consuetudinibus, in genere indoli gentis etc: quantum possibile, accommodari debeant, ut scilicet sive ratio vincatur contraria ratione, sive phantasia dulcis turbetur acerbi imaginatione, quorum verro indagatio ad scopum praesentem haud spectat. 4) quod regulis uniformibus stabiliri, et ad quosvis casus obvenientes fine ulla intempestivae clementiae indulgentia summa cum aequalitate stricte applicari debeant, ut, quantum fieri potest, poena pro naturali eaque necessaria habeatur actionis consequentia. 4) quod illis, qui gubernant rempublicam, curandum sit, ut in illa poenae malique quam minimum existat, ideoque status, quem fingunt, naturalis tristes, sed necessarii effectus, atque vindictae privatae excessius heic in exemplum

haud

4) Emendatio politica in universum metu dirigitur, adeoque differt a morali, quae quidem interdum simul cum illa obtinerur, sed non ubique obtineri potest, nec ideo ad finem poenarum humanarum pertinet.

haud sint trahendi, sed potius vitandi, 5) denique quod secundum simplicem illarum sinem, futuri tantummodo providum, ad internacionem seu totalem rei extincionem haud quaquam progredi possint, sed, ubi securitas publica diram istam necessitatem excitat, tum eo ipso de periculo adhuc urgente agatur, ideoque, quoniam regularia vitae civilis remedia insufficientia supponuntur, omnia ad statum redeant singulorum, diraque mala exinde profluentia, sive a privato, sive ab imperio infligantur, unice ex defensionis naturalis facultate derivari, minime vero ad poenae ambitum trahi possint, nisi diversa plane misceri, iuriumque confusiones induci velint. Exinde facile est intellectu, totam poenarum, quae sua natura, perpetrato demum, vel impedito scelere, vel ut uno complectar verbo, cessante periculo, futuri causa, irrogantur, rationem a facultate atque effectu defensionis naturalis mirifice dispare, quoniam omnis illarum determinatio et executio, ut saepe indicavi, certis principiis, limitibus, regulis, legibusque uniformibus, quovis casu summa cum aequalitate applicandis, nititur, et tranquillo sit animo, contra vero, ubi praefensis imminerti que periculi gravitas instat, atque defensionis naturalis necessitatem provocat, ideoque de conservatione et arcendo adversario, calces premente, certatur, modus agendi cum mathematica subtilitate praescribi non potest, sed ignoscendum potius iniurii lacerfitis, qui,

dum media ad defensionem sufficientia et reliquas circumstan-
tias, re trepida, verisimilitudinis calculo subiicere haud pos-
sunt, iusto sanguinis fervore ultra, quam finis exigere vide-
tur, rapiuntur, hostique, ut plenissimam obtinerent securita-
tem, plus, quam forsan opus fuisset, inferunt mali. Igitur,
licet in thesi ad cuiusvis officium spectet, moderationem, ra-
tioni consentaneam, observare, attamen in casu necessitatis,
quandiu periculum durat et securitas nulla alia ratione obti-
nenda videtur, ad internectionem atque totalem laudentis ex-
tinctionem in civitate quoque perveniri potest, qualis vero
facultas, in infinitum progrediens, cum fine et ambitu poena-
rum e diametro pugnat, nec igitur sub illis continetur. Ex-
ercent illud defensionis naturalis ius in societate civili non
solum privati, sed et summum imperium, vel proprio vel so-
cietas nomine. Comprehenditur plerumque sub generali poe-
narum appellatione, quae tamen minime quadrat. Sed ex-
emplorum quorundam recensio distinctionem clariorem effi-
ciet, atque simul, quantum intersit, iura supremae potestatis,
vel ex potestate punitiva vel ex iure defensionis naturalis
profluenta, probe distinguere, demonstrabit.

§. II.

De iure necessariae defensionis, quod etiam sub imperio
civilis privatis atque singulis societatis membris aut collegiis
competere potest, et plerumque in Germania sub nomine der
erlaub,

erlaubten **Selbsthülfe** venire solet, nemo dubitat. De illo vero heic quicquam differere praesentis commentationis ratio eo magis prohibet, quo accurasier est recensio iurium hoc spectantium, nuperrime a celeberrimo *Claprotb* insigni cum studio facta. a)¹

Scopo igitur proprius accedo et ad exemplorum quorundam allegationem, ubi defensionis illius iura a summo imperio sive proprio sive societatis nomine exercentur, sub incongruo poenarum nomine plerumque nota, me converto. Hic statim distinguendum mihi videtur inter facta, vel a societatis membris civibusque latiori significatu talibus, vel a peregrinis commissa. Illa, de quibus in hoc paragraphe sermo est, iterum vel ad destructionem societatis civilis directe tendunt, vel singulorum tantummodo securitatem directe turbant, ad reliquos vero non nisi per indirectum spectant, quatenus illi similia a turbatore metuunt et in genere cuiusvis in republica interest, talia in posterum a nemine perpetrari.

A. Quae facinora a societatis civilis consortibus perpetrata ejus naturae sunt, ut tota res publica, illis everti, periclitetur, illa omnem poenarum applicationem respuunt. Scilicet quivis in societate huiusmodi factis ad defensionem suam immediatam et individualem provocatur, cuius iura progre-

dunt-

a) Einleitung in den ordentlichen bürgerlichen Proces. I. Abschnitt, §. 1.
seq. p. 1. seq.

diuntur in infinitum. Adeo igitur, ut paucis mentem exprimam, genuinus naturae status, cum tristissimis suis, quos dira necessitas producit, effectibus, quia vinculum civile inter aggressorem et oppugnatos rumpitur.

a) Hinc Catonis ratiocinum, supra relatum, quod scilicet minime agatur de poena coniuratis infligenda, sed potius cavendum sit ab illis, qui foedissimum proditionis crimen et parricidium reipublicae paraverint, non solum isti rerum statui convenientissimum, sed in universum applicandum, censeo. Cum enim perduelles seu, ut totam illorum complectar familiam, qui corpus reipublicae maiestaticum consiliis factisque hostilibus, ad illius eversionem directis, petunt, salutem totius civitatis maximo exponant periculo, et, sublata societatis anima, etiam pax interna, bona vitaque singulorum in discrimen necessario coniificantur, reliqua societatis membra non possunt non illos pro veris habere hostibus b). Heic igitur non tam de exemplo, quo alii a simili deterreantur protervia

b) Hinc recte ICtus Caius in l. 234. D. de verb. sign. dicit: „quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset.“ Compirat Cicero Off. I. 12. ubi „animadverto, quod, qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante.“ Inde maiestatis reos et proditores diti sacros a quocunque occidi, passus est Romulus. Dionysius Halie. antiqu. L. II. p. 84.

tervia in posterum statuendo agitur, (licet forsitan simul etiam poenarum finis, uti ceteroquin cum vindicta naturali, sed per accidens et ultra forum poenis, qua talibus competens, quodammodo obtineri videatur) quam potius de periculo praesenti, unicuique civium instanti iusta defensionis vi arcendo. Competit igitur contra perduelles reliquae societatis parti illiusque legitimis gubernatoribus verum iustumque belli ius in infinitum progrediens, ^{c)} ab alio, quod in extraneos hostes exercetur, effectu non diversum, nisi, quod posteriori casu pro humioribus iuris gentium principiis, saeculorum diverorum genio accommodatis, etiam mitiores obtineant conditiones ad reciproci consensus leges adornatae, cum contra priori casu a societatis membro, omnem pietatem fidemque exuente, atque intima societatis civilis viscera quovis modo aggrediente, raro moderatio, consiliorumque mutatio facile expectari, ideoque, licet etiam omne periculum praefens perpetui carceris vinculorumque vi remotum videatur, interna tamen securitas plena, sicuti alias in statu naturae fieri solet, nunquam fere aliter nisi cum internecione et totali rei extincione obtineri possit, quippe dum furorum auctores spirant, etiam reliqui occulti coniurationis socii spirent, ubi vero de illis extremum

C

statui-

^{a)} Si contrarium evenit, et maxima societatis pars imperio forsitan illegitimo et iniusto feso subtraxit, tum iterum iterumque verus belli status ubique eluet.

statuitur, simul et de reliquis omnibus decernatur.^{d)} Rigor itaque et supplicia, in istiusmodi facinorosos legibus passim constituta, non ex ambitu potestatis punitivae, sed potius defensionis naturalis, istiusque iustissima facultate, utpote quae ob periculi praesentis gravitatem turbasque omnem poenarum futuro tantum prospicientium finem absorbet, sunt derivanda. Vnde apposite *Tertullianus* „in reos, inquit, maiestatis et publicos hostes omnis homo miles est.“ Ne vero quis putet, mero heic agi verborum lusu, et, quae dixi, extra umbram non prodire, praeter maxima, quae diversorum illa iurum distinctio sua iam natura involvit momenta, provoco ad unicum effectum, in ipso foro, strenua ICTORUM doctrina stabilitum atque conspicuum, fontem suum, quomodocunque deinde verba usitata sonent, satis superque monstrantem. Etenim in territorio, ubi singulis reipublicae membris vel collegiis vel cuicunque pro singulari reipublicae Germanicae formula Iurisdictio patrimonialis et in specie criminalis competit, tantum abest, ut illis factorum contra maiestatem principis vel superioritatem territoriale commissorum, quibus sc. laesa potestas eius vel dignitas, maxime vero perduellionis et laesae maiestatis proprie talium vindicta concedatur, ut potius, excluso

^{d)} Sermo non est de circumstantiis singularibus, quae heic occurtere atque ex prudentiae politicae rationibus benigniora suadere possunt cum in praesenti de iure externo, eoque summo, agamus.

cluso iudicio criminali ordinario, soli Principi privative tribuatur.^{e)} Similiter docent, quod, licet quis in alieno territorio universam iurisdictionem criminalem habeat, illi tamen delictorum a subditis, directo in personam Domini territorialis commissorum, cognitio atque coercitio non competit, si quidem alias, quae subditis incumbit, imperio obedientiam atque reverentiam praestandi necessitas, alterius summae potestatis arbitrio quasi subiaceret, eoque ipso nexus, quo reipublicae systema cohaeret, sive ordo imperandi et parendi mirum quantum labefactaretur, et facilis negotio interverti posset, id quod Icti Hallenses in responso quondam congrue ita expresserunt: (f) „und ist hier wohl zu merken, dass das regale Iurisdictionis, welches seinem Wesen nach darin besteht, dass denen Unterthanen Gerechtigkeit administriert werde, mit denen andern regalibus der Landesfürstlichen hohen Obrigkeit nicht zu vermischen, und weil diese eine Chimere seyn, und das Band zwischen Fürsten und Unterthanen ganz zerissen würde, wann nicht ein Reichsstand krafft derselben befugt seyn sollte, die offensbare Beleidigungen, die seine hobe Person unmittelbar angeben, wider einen Unterthanen

C 2

auch

e) Puffendorff de Iurisdictione Germ. P. II, S. I. c. un. cc. Meister in der vollständigen Einleitung zur peinlichen Rechtsgelehrsamkeit p. 328. Specialiores huius doctrinae determinationes heic examinare non vacat, quam de indicando tantum generali principio illiusque cum traditionis harmonia fermo fuerit.

f) Engelbrecht de servitut. Iur. publ. p. 24.

auch unmittelbar zu raechen und dieser Actus gar zu keiner Jurisdiction, weder zu Ober- noch Untergerichten, sondern überhaupt zur Defension und Bekauptung der Landesfürstlichen hohen Obrigkeit gehört etc.,, Conspirat Capitulatio Art. 15. §. 8. „Inmassen dann auch Churfürsten, Fürsten und Staenden (die unmittelbare freye Reichsritterschaft mit begriffen) zugelassen und erlaubt seyn solle, sich nach Verordnung der Reichsconfitionen bey ihren hergebrachten und habenden landesfürstlichen und herrlichen Itribus selbsten und mit Assistenz der benachbarten Staende wider ihre Unterthanen zu manuteniren, und sie zum Geborsam zu bringen. „Vnde diversi characteres iuris puniendi et necessariae defensionis fatis eluent.

b.) Iisdem necessariae defensionis fundamentis etiam superstructa videtur legum militarium severitas, id quod ob connexionem verbo tantum heic indicasse sufficiat, quoniam plenior rei disquisitio limites praesentes longe excederet.^{g)}

B. Quod autem ad facinora directe privatorum singulorumque tantum securitatem laidentia, reliqua vero societatis membra per indirectum tangentia, attinet, de illis quidem generalem, arbitror, stabiliri posse regulam, quod ex genuino

poena-
g) Inde quoque apud populos poenarum capitalium ceteroquin plane ignaros severitas illa deprehenditur, uti Tacitus de moribus Germ. c. 12.
„Proditores, inquit, et transfugas arboribus suspendunt, ignavos et
„imbellies et corpore infames coeno ac palude, iniecta insuper crate,
„mergunt.

poenarum conceptu et ambitu suppliciorum iustitia derivari
haud possit, nec tamen in hisce quoque delictis, proprie ta-
libus, supremum necessariae defensionis ius, utpote quod limi-
tatum poenarum finem superat et in infinitum progreditur, in
societate civili plane exulet, quamvis maxima cum modera-
tione et circumspectione sit adhibendum. Scilicet perpetra-
to vel impedito scelere seu praesente periculo remoto, quoad
poenam proprie talem duo consideranda ueniunt, ut nempe
α) futura societatis reliquae securitas contra illum, qui sin-
gulos lacit, mediis sufficientibus obtineatur, β) deinde simul
reliqua societatis membra a similibus factis deterreantur. Heic
vero maxima inter statum naturalem et civilem fere exserit
differentia. In illo nempe, qui inter homines, nulla civita-
tis lege obstrictos, obtinet, futura securitas plerumque
non nisi cum internecione adversarii obtineri facile pot-
est, illaque suprema lex omnes reliquos respectus absorbet,
et poenarum imprimis genuinam rationem, ut supra indicavi,
excludit. Quoniam vero societas civilis, ut evitentur illa
defensionis mala, mutuo metu praecepitata, contrahitur; tum
praeter id, quod societas iam naturali sua vi, ex virium con-
iunctione orta, ad prohibenda confert scelera, inventa sunt
poenarum artificia seu mala leniora, quibus reus politice emen-
datur, i. e. securitas futura contra illum stabiliatur, simulque
reliquis terroris exemplum imprimatur. Igitur poenae qua-

C 3:

tales.

tales ad suppicia usque progredi haud possunt, quia primo finis iste emendationis tolleretur, adeoque status naturalis de-nuo induceretur, deinde inter hominis supplicium et exemplum reliquis illo exhibendum, ut iam monui, nulla est proportio. Quodsi vero malum, cuius reiteratio a reo metuitur, sumnum sit, quod homo homini inferre potest, adeoque probabilis securitas, quae ex vitae civilis indole poenisque obtinetur, haud sufficiat, sed cuiusvis in republica intersit, securitatem omni cum certitudine possibili, curare; tum etiam heic totalis rei extincio iusta atque necessaria esse poterit, quoniam hoc casu ob insufficientiam mediorum, quibus alias vita civilis utitur, plena status naturalis iura, quae tum privatorum nomine regimen civile exercet, iterum iterumque intrant. Suppicia igitur sub ipsis circumstantiis necessaria iterum minime ex ambitu atque conceptu poenarum sed merae defensionis iure sunt explicanda. Quomodo vero haec omnia ad singulas delictorum classes sint applicanda, specialibus definire regulis, praesentis commentationis modos excederet, sed alii occasione relinquimus. De homicidio doloso, quod in illo dirum illud necessitatis ius etiam in vita ciuili locum sibi vindictet, ut nempe rei suppicio futuram securitatem plene ac summa cum certitudine contra illum tueamur, minimum hanc videtur dubii.

§. III.



§. III.

Progredior ad facta extra societatis civilis nexum a peregrinis commissa, ubi heic solummodo de legibus contra facinoros vagantes, die Zigeuner, imprimis, in germania extantibus, illarumque ratione, haud quaquam ex poenarum conceptu, sed unice defensionis naturalis latiori ambitu explicanda, pauca quaedam differere constitui, a) quo principia, hucusque a me exposita, eo clarius patescant. Nempe in germania nostra seculo iam XV. innotuit errorum genus, qui, ab originum modo ubique vagantes, nullam agnoscentes patriam, nigredine sive vera sive ficta atque hirsuto vultu deformes, excoeti sole, immundi vestibus, usuque rerum omnium foedi, sub religiosae peregrinationis praetextu ex provincia in provinciam demigrantes, occultaque utentes lingua b) furtis, rapinis, mendicationibus variisque artis chiromanticae imposturis, clanculariisque expilationibus vitam quaerebant, et insuper, quod hostibus imperii Christianos prodant, illorumque terras explorent (als

aus-

a) Graviter lapsus est Kortbold, cum omnibus, qui legum istarum mentionem quandam in scriptis fecere, totam perfectionis rationem pro vera poena venditans, ideoque utiustitiam illius vindicaret, immensam puniendo facultatem extruiens, exorbitantium, quas ex illius argumentis nimium probantibus duci possent, conclusionum, parum curiosus. conf. eius. *Diff. de Inflitia et prudentia poenarum in sanctione penalii novissima utriusque circuli Rhenani.*

b) Iucunda sunt et lectu dignissima, quae de Cigenorum lingua varisque fraudibus tradit immortalis noster Heumannus in tract. de lingua occulta, Exercit. n. XIII.

auspaeher und Verkundschaffer der Christenlande) accusabantur. c) *Hodie vero, quum plerumque impossibile non tantum sed et ridiculum esset, illorum genealogiam, quam ipsi nesciunt, omnibus numeris perfectam, exhibere atque explosis, quae de variis illorum noxis, memoratu vix dignis, maiorum phantasia nimis credula prodigiorumque sectatrix conceperat, opinionibus, quod etiam illis humanitatis nota infit, agnoscamus, et ideo haudquaquam nomen, sed id tantum, quod pro electo vitae genere iure quodam metui ab illis potest, rationabile contra illos odium excitare valeat, sub vocabulo der Zigeuner und Iauner illam hominum, domicilio carentium, otiosorum et fraudulentorum vagantem colluviem, ex*

variis

c) *Improbus esset labor nec ad praesentem scopum spectans, varias, ludicasque de Cygenorum origine opiniones recensere, de quibus cont. Fritsch de Zygenorum origine, ortu, et moribus in Opusc. P. IV. tr. 15. Auctor Indicis der Chur - Brannschwieg - Lameburgischen Landesordnungen sub voce Zigeuner etc, ita sentit: „So wird das umberschwermende Volk genannt, welches sich bald nach dem Anfang des XV. Seculi unter der Regierung Sigismundi zu erst in Teutschland seien ließ, und dabe vorgabe, daß sie aus Egypten und Africa kommen etc. ditz nahm man damal ein malv an. Es hat aber einen großen Schein der Wahrscheinlichkeit, daß solche Leute im Herzen Teutschlands geboren, und den Betrug eines so weit entfernten Vaterlands zu ihrer Sicherheit gegen die harte Drangsal erdacht. Sie waren von ihrer eigentlichen Herkunft Juden, die sich im XIII. und XIV. Jahrhundert, als man sie wegen Vergiftung der Brunnen, umgebrachter Christenkinder, Verrätherey, und anderer Laster beschuldiger, und aufs härteste verfolgter, in Wüldern und Wüsten versteckten, ihre Gesichter mit Farbe bestrichen, die Sprache veränderten, und zu ihrer Sicherheit ein fremdes Vaterland erdichteten.“*

variis nationibus collectam, intelligimus, qui sylvis et triviis
plerumque commorantes, ut furtis, rapinis, variisque impo-
sturis, reiecto honesto vitae genere, lucrum quaerant, socie-
tatem contraxerunt facinorosam, eoque non tantum peregrin-
antibus, sed et reipublicae, plebi imprimis caeterisque ruri
vitam decentibus gravissima intulerunt damna, aliaque ne-
fanda insignis aulaciae ediderunt specimina, ita, ut non solum
variis politicorum speculationibus de congregationibus illo-
rum nocivis sine severitatis nota evertendis, d) sed et legibus
imperii, e) Circularibus edictis, f) et peculiaribus denique

D pro-

d) conf. *Pistorius in den Gedanken von den Mitteln, so eine vernünftige und Christliche Obrigkeit in Ausrottung landläufigen Gesindes zu beobachten hat, in amoen. iurid.* p. 635. Spectant huc imprimis varia de alendis educandisque vagabundorum liberis consilia et instituta, quorum recentiem spatii angustia non permittit. Egregia iam de evitandis vagantium confociationibus consilia et vota edidit B. *Lutherus in libello von der falschen Bettler Büberey*, Wittenbergae a. 1528. ubi in praefatione inquit: „Darumb solt billich ein yetliche stadt und dorff Ir eygen armen wissen und kennen, als im Register verfaßter, dass sie In helfen möeheten, was aber ausländische oder fremde bestller weren, nicht on brieff und zeugniß leiden. Dann es geschicht allzugroße Büberey darunter, wie disß bücklein meldet, und wo ein yetliche Stad irer armen also warneme, were solcher Büberey bald gesteuert und geweret. Ich bin selbs disß Iarber also beschaffen und versucht von solchen Landstreichern und Zungen-drechtern mer, dann ich bekennen will. Darumb sey gewarnt, wer gewarnt seyn will, und thu seinem nächsten guts, nach Christlicher liebe art und gepot, dass helff uns Gott. Amen.

e) *Recessus imp. de 1495. §. 7. de 1497. §. 14. de 1498. §. 12. de 1500. c. 28. de 1530. t. 34. et 35. de 1544. §. 75. de 1548. t. 23. et 24. de 1551. §. 41. et 82. de 1557. §. 72. de 1559. §. 22. et 23. de 1577. §. 28.*

f) Quorum recentiora tantum allegasse sufficiat: *Des fränkischen Crayses Patent wider das Diebs - Rauberisch - Zigeuner - Iaunerisch - Herrenloßes*
und

provinciarum constitutionibus tam antiquis, quam etiam ob fa-

cinorosorum frequentiam recentioribus §) de eliminanda et

extir-

and anders Bettelgesinde de 1740. 1751. novissime 1770. editum. Des Schwäbischen Crayfes Patentes wider das Inner-Zigeuner - Diebs- und anderes berrnlosen Gesind de 1751. conf. Gerflacher in der Sammlung Herzogl. Württenb. Gesetze P. II. p. 84. et Mögling in diff. de Circularibus edictis contra personas palantes etc. Chur- und Ober-Rheinische gemeinsame poenal Sanction und Verordnung wider das schändliche Diebst- Raub- und Zigeuner - sodann berrnlosen Innerer - Feldschützen auch müfig und liederliebes Bettelgesindel de a. 1748. conf. Kortholt in diff. supra cit. p. 49. seq. de a. 1764. in select. Iur. publ. P. 48. p. 120. illustr. Moser in der teutschen Crayf-Verfassung p. 729. sq.

- §) Corpus const. Luncb. Calemb. P. III. p. 148. et 183. P. IV. p. 39. 89. Corpus Conf. Cellens. P. IV. p. 112. 991. 1000. 1021. 1659. Frederdorfs Promtuar. der Fürstl. Braunschw. Wolfenbüttelischen Landes-Verordnungen sub voce Zigeuner und Tärrarn. Corp. Conf. March. V. S. 33. sq. 42. sq. 55. 84. 91. 95. 99. I. 2. p. 241. II. 3. p. 138. 141. Cont. Stat. et priv. Siles. V. 286. 1556. VI. 335. Samml. Schlesf. Ordn. P. 540. Cod. Aug. T. I. p. 1431. 1495. 1539. 1576. 1579. 1617. 1632. 1676. 1759. 1928. 1954. P. III. p. 224. 254. 476. Beyfügung zur Gotschaischen Landsordn. p. 245. 401. 415. 418. 423. Samml. Altenb. Ordn. p. 241. Supplementum Cod. Auftr. P. II. p. 1. et 10. sq. p. 100. P. III. p. 495. 530. 875. 789. 933. 997. 1002. Corpus Conf. Brandenb Culmb. P. II. p. 63. 1028. 1088. 1092. Schleswig Hollsteinische Landgerichts-Ordn. P. IV. t. 19. §. 9. Pfälz. Landsord. t. 14. Nauau-Cazenelenbog-Policey-Ordn. p. 94. Landr. von Ober- und Niederbayern p. 677. Mandata illustris Reip. Norimb. quae recente Magnificus Dr. Prof. WILLIUS, h. t. Rector, Fautor meus sic devenerandus, in Biblioteca Norica P. I. p. 137. 147. 160. 161. 166. 173. 181. 207. Sammlung Hamburg. Mandate P. III. p. 1199. Dreyers Einleit. in die Lübeckische Verordnungen p. 527. Ord. prov. Wurt. Tit. 16. et 28. quibus multas alhuc ordinationes et leges particulares ex bibliotheca statut. splendissima excellentissimi Dn. D. HOFFERI, Fautoris atque Collegae omni pietatis et observantiae cultu per omnem vitam prosequendi addere.

pro

exstirpanda pessima hominum faece summa cum anxietate atque cura sit actum. Quodsi igitur ad genium istarum legum animum advertimus, facile intelligendum mihi videtur, iustum poenae ideam ad illas applicari haud posse, et totam persecutio- nis severitatem unice ex defensionis naturalis facultate derivari debere. ^{b)} Omnis poena, nisi nubes et ianua capten- tur, ad emendationem rei politicam prodendumque caeteris exemplum tendens, artificium est societatis civilis, cum illa tam arete coniunctum, ut extra illius nexus atque in perso- nas a societate civili remotas neque poenarum finis quadret, nec mala eo respectu inventa, iterum iterumque sua natura civitatis ideam involventia, exteris illis cum effectu possint infligi. Sermo heic non est de iure in peregrinos, alibi in iusta societate domicilium habentes, quos, si hodie secundum mitiores atque domesticas tractamus leges poenales, illud uni- ce prudentiae politicae humanioribusque iuris gentium prin- cipiis, reciprocum favorem conciliantibus, tribuendum. Sed diversa plane sunt iura in vagabundos, quibus nulli usquam sunt lares familiares et ubique animus cum facultate nocendi est in promtu, neque ullum religionis, fideique socialis vincu- lum, quominus in aliorum bona vitamque gravissentur, obstat.

D 2

Ob-

pro insigni illius humanitate arque benevolentia mihi licuisset, si spatii angustia atque instituti praesentis ratio permisissent.

b) Saepe quounque morborum contagio causa sicut eliminationis.

Obtinet igitur inter societatem, civili nexu cohaerentem atque homines illos vagantes, ad damna inferenda ubicunque pronos, status iterum naturalis cum omnibus suis iuribus et effectibus, in infinitum tendentibus, qualis inter homines, si tanquam singuli spectantur, cogitandus. Sed ipsa legum argumenta cum dictis mirifice conspirant, ita ut persecutionis modi gradusque, quibus pedetentim ad summum usque progressi liceat, determinati, genuinum necessariae defensionis ius a poenae indole plane diversum undique prodant.

I. Patet illud ex persecutionis ratione 1) scilicet supponitur generalis illorum Character, quod ob otiosae vitae amorem et consuetudinem animo, ubicunque nocendi, et iniustis extorsionibus violentisque lucrum, etiam aliorum nece, quaerendi ferantur, quod quidem diurna experientia et fœdissima crudelitatis exempla, ab illis edita, satis demonstrarunt 2) Ideoque per Edicta publica ubique patentia, erectis interdum palis (*Zigeunerpfähle*) in statuum territoriis commorari prohibentur, praefixo plerumque sufficienti, quo illa deferant, termino. (Edict franc. a. 2.) 3) Qui vitam vagabundam deferere et ad meliores fruges sese convertere vere cupiunt, siquidem mutandae vitae animum sponte magistrati indicent, gratiamque implorent, deinde ad iuramenti

homina-

i) conf. introitus Edicti franc. de a. 1770. in quo et reliquæ leges conspirant.

homagialis praestationem etc. fese obligaverint, illis idonea vietum operis quaerendi occasio promittitur. (ibid. A. 6.)
 4) Observatis itaque humanitatis officiis, si in vita nociva atque hostilis animi duritie perseverant, quid aliud evenire potest, quam naturalis defensionis necessitas, dirumque belli ius inde resultans ? Ergo, quam primum territorium ipsis prohibitum ingrediantur, Cingari, illorumve consortes, ut captentur, mandatum, statutumque, ut quovis modo reluctantes occidi, modo non fiat nimis praeципitanter, ius fasque esset, neve, qui ita fecerit, capitalis noxae reus haberetur (ibid. A. 27.) Inde quoque varii belli apparatus communiaque de persecutionibus istis, communicata vi instituendis, (*gemeinschafft. Streiff*) statuum consilia, et, si forte transitum alieni territorii exigat persecutionis necessitas, de fibi non ista re praeiudicando, mutuae sponsiones. 5) Quodsi vero capiuntur, tum iterum varii pro obtainenda plena securitate determinati sunt defensionis gradus. Secundum circuli franconici edictum Cingari, despacta prohibitione, prima vice territorium ingressi comprehensique stigmate cum litteris F. C. pungantur, deinde, praevia seria admonitione, quod, reiterata audacia, laqueus illis immineat, praestita urpheda, relegentur, postea, si secunda vice comprehensi fuerint, laqueo e medio tollantur. Reliqui vagantes, in facinorofo consortio vitam degentes, primum per quoddam tempus operas publicas, dein

D 3

stigma

stigma sustineant, atque tertia demum vice, si capiantur, laquei supplicio audaciam luant (ibid. A. 3. k) Illorum uxoribus liberisque XVIII. actatis annum egressis, in eodem vitae facinorosae sodalito perseverantibus, idem contingat (ibid. A. 4.) Posito itaque quod alia eliminandi remedia politica mitiora vel frustra adhibeantur, vel pro circumstantiarum diversitate impossibilia plane sint, ut ultimo demum suppicio publica securitas redimi possit, secundum sanam rationem ipsarumque legum argumenta duo praeципue necessario adesse atque concurrere debent requisita essentialia, et quidem a)

CON-

k) In Franconia igitur sollicite distinguuntur *Zigeuner* et *Iauner*. Quaenam sit qualitas characteristicæ, qua illi a sociis discernantur, in universum vix determinari potest, sed a toto circumstantiarum individualium pendet complexus. Interdum impossibile, qualitatem certam adserere, quoniam character ipse est vagus et indeterminatus. In dubio igitur semper mitiora eo magis eligenda videntur, quum in utramque hominum classem non amplius nominis odium, sed unice vita vagabundæ et facinorosæ qualitas defensionis necessitatem iure excitare possit. *Iauner* in edict. franc. a. 2. et 3. dicuntur, „so nirgends einen gewissen aufenthalt oder beständig häuslich Wesen, auch keine glaubwürdige neue pâsse und ordentliche norung und gewerb haben, noch suchen, und wö mit sie sich ehrlich ernebren, nicht darthun können, sondern sich nur zu Zigeunern, oder andern ihres gleichen Iaunern, bey gelegenheit auf den Feuerplätzten oder sonst halten und mit ihnen herumzischen. In Suevia utraque classis sub generali nomine des verruchten Innen- und Zigeuner Volks comprehenditur. Gerflacker l. c. a. 8. In sanct. Rhen, sub generali criterio der zusammenrottirten Vagabunden veniunt, a. 2. 3.

consortium sive societas dolosa, stabilisque, cum aliis eiusdem notae hominibus depraedandi causa, et omni alio honestae vitae genere abiecto, contracta, quamvis possea facilioris negotii gratia seorsim vagentur et captentur, id quod societatis facinorosae nexum praecedentem non tollit. Ex consortii enim vi ingens, cui legum severitas superstruitur, metus oritur. Illud etiam unicam atque genuinam constituit notam characteristicam, qua vagentes facinorosi (*Zigeuner und Iauner*) ab aliis vagabundis et mendicantibus (*von andern Herrenlosen Bettelgesind*) de quibus iisdem legibus longe diversa constituta sunt, α) discerni possunt. b) hostilis animi sufficiens declaratio, quovis modo facta, ita, ut existente priori requisito ad ultimum supplicium secundum edict. franc. sufficiat α) si, praestita urpheda, relegati, et stigmate notati, spretis omnibus dehortationis gradibus, iterum iterumque territorium ingrediuntur, quod iam indicavi. Etenim nocendi intentionem hocce facto testantur. β) si, etiam nondum antea a carnifice notati, laesiones noxasque quovis modo intulerint, eove occupati fuerint, quo spectant verba edicit. franc. a. 5. ibi: *woferne sich aber zuträge, daß der Zigeuner und obbeschriebenen Iauner eine Partney von 4. 5. und mehreren beyfammen angetroffen würde, die entweder schon lange mit einander zu geben*

ge-

D Thomasius de vagabundis. cons. etiam ipsa Edict. circular. allarumque Legum hoc spectantium argumenta.

gewohnt, oder doch eine Zeit von 4. Wochen beyammen in einer Bande gevvesen wwaren, und gefaehrlich geschoß oder gevuehr bey sich führeten, oder nur 2. bisz 3. auch nur geringe diebstäble vorhin begangen, oder erweiflich mit Mord, Feuer und Brand gedrobt, oder sich dem Streiffcommando gevvalthätig widersezt, oder zugleich in einem andern löbl. Crayß schon ein brandmal bekommen haetten; so sollen dieselbe beschaffenen Vmstaenden nach wegen gefaehrlicher Zusammenrottung, begenden boesen Vorsatz, Raub und Diebstäble auszuüben und sonst dabeÿ fürenden streunerisch und müssigen leben nach genauer und vernünftiger richterl. Ermaesigung sehr beschwerenden Vmstaenden mit dem Strang hingerichtet, und darunter auch dieienige, welche noch nicht 18. Jahr erreicht, bey denen aber die bosheit das alter erfüllt, ingleichen die Weiber, die der Bande lange angehangen und sich bey denen Kerlen aufgehalten, solche zum rauben und stehlen zusammengebolt, und entweder selbsten mit geraubt und gestohlen oder doch davon theil genommen und vermoegende leuthe ausbekundschafftet haben, mit begriffen und durch das Schwerd vom leben zum tod gebracht werden sollen. Qualis vero hoc posteriori casu, quando scilicet de facinorosis in consortio existentibus prima vice deprehensis agitur, circumstantiarum, quae heic recensentur, concursus vel qualitas requiratur, ut exinde sufficiens, ad infligendum ultimum supplicium hostilitas eliciatur, id univerfali vix comprehendere ausim regula, sed secun-

secundum ipsa legum verba multum heic statuum arbitrio relictum, omnes personarum factorumque qualitates circumstantiasque probe considerare atque periculi gravitatem inde aestimare. Quum enim heic non de poena uniformi, singulis delictis applicanda, agatur, sed tota potius vitae sceleratae ratio periculaque exinde metuenda in computum veniant, seu, ut uno rem complectar verbo, defensionis necessariae bellique iura obtineant, quorum diversi gradus singulis casibus applicandi in antecessum accurate determinare impossibile est, non potest non etiam huic persecutioni arbitrarii quicquam inesse, quod Edict. suev. a. 8. ita congrue exprimit: *jedoch mit dieser modification, dass zu eines jeden hoch und loeb. Standes aigenem Ermessen ausgefellt bleibe, denen etwan befindenden trifftigen umstaenden nach von dieser geschaerften Verordnung in etwas abzugeben, — nur dass das gemeine Wesen von solch losen Gefinde wuerklich gereiniget und in genugsame Sicherheit gesetzt werde.* ^{m)} Conspirat quoque cum eadem necessariae defensionis ratione summarius procedendi modus, ibidem praescriptus, essentialia tamen Inquisitionis requisita, sine quibus veritas factorum erui non potest, neutquam respuens, de quo vero, quoniam legum tantummodo genium breviter indicare propositum est, plura differere haud iuvat (Edict. franc. a. 3.)

E

II. Im-

^{m)} Discrimen inter armatos et non armatos maxime urget Edict. Rhen. a. 2.

II. Imprimis vero illa necessariae defensionis qualitas, illiusque ab ordinatio puniendi iure discriminem fere ostendit intuitu ipsius exercitii iuris facinorosos persequendi, utpote quod partem insignem supremae politiae atque tutelae constituit, adeoque sicuti et sequelae ius, illi adhaerens non potest non iis, qui superioritate gaudent territoriali, competere. Sic itaque 1) Iurisdic^{tio} criminalis, utpote mera potestas iudicaria, leges poenales uniformes singulis delictis, ad illius ambitum vii pactorum et observantiae spectantibus, applicandi, si quidem secundum diversas regiminis germanici formulas a superioritate territoriali separata est, aut per modum servitutis iuris publici in alieno competit, superioritatem istam, cui subordinata, illiusque insignem effectum, ius, publicam securitatem quovis modo tuendi, ideoque et vagantes facinorosos persequendi involventem, haud quaquam impedire vel excludere potest. Obtinuit insignis illa distinctio antiquissimis iam temporibus. 2) Sic Missis palatinis incubuit, provincias latronibus aliisque pravis hominibus purgare. 3) Postea mutato rei iudicariae statu Imperatores tamen facinorosorum persecutionem in viis praesertim regiis et fluminibus publicis

¹⁾ Conf. Charta de a. 940. quia Episcopus Metensis monasterio euidam terram circumiacentem eiusque officialibus bannum, excepto viae Regiae, concessit. Calmet hist. de Lorr. T. II. prob. p. 185. conf. etiam litt. invent. apud Leibniz. Cod. Dipl. P. I. p. 18.

²⁾ Cap. Caroli Calvi T. XI. §. 1. T. XII. §. 4. T. XIII. §. 1. T. XX. §. 7.

etiam per Ducum Comitum aliorumque iudicium ordinariorum provincias pagosque a legatis suis s. comitibus palatinis, iurium regalium custodibus, vicario modo exercendam, sibi vindicabant, p) aut iudicibus ordinariis, advocatis imperialibus, aliisve specialiter demandarunt. q) Notissima quoque sunt amplissima facinorosos persequendi iura, Perillustri Reipublicae Norimbergeni specialiter concessa, reiteratique vicibus confirmata. r) Denique generaliter heic observandum, hodie, mutata rerum facie facultatem, facinorosos et graffatores persequendi et agminibus exploratoriis indagandi, quae post circulorum originem communicatis ibi statuum consiliis viribusque in publicam utilitatem dirigi potest, ipsi iam inesse superioritati territoriali, et a quounque Domino territoriali

E 2

etiam

p) Conf. die Abhandlungen der Churbairischen Akademie der Wissenschaften.
IV. Band, in specie von den Landpfälzen p. 82. sq.

q) Conf. quoque die Vrkunde wegen des freyen adelichen Gerichts Wablin-
gen, apud Grupen in Obs. P. I. Obs. 2. n. 6. p. 847. ibi: „Es geböre alles
in der Gerichtsjunker Gepott und Verbott, es sey zu Halsse oder zu Kopffe,
ausgenommen die Heerstrasse und Allerstrom“, et prot. not. de 1574.
apud Puffendorff de Iurisd. germ. P. II. S. V. c. un. §. 30. ibi: „allent
waz binnen Riehtes vorfalle, geböre dem Gogreffen, tho richten
uthgenommen der Bischup von Bremen hebbe an der heerstrate
und heerwege tho verdedingen, etc.“

r) Conf. loco omnium consultiissimi atque excellentissimi Domini FEVER-
LINI Consiliarii meritissimi egregia prorsus Commentatio de territ. No-
rico. p. 27. et 46. ubi simul concessionum hue spectantium extat re-
censo.

etiam per districtus, iurisdictione patrimoniali praeditos, in viis praesertim regiis et fluminibus publicis vindicari. s) 2. Ex iisdem sequitur principiis, centenae, ad coercenda tantum crimina, secundum diversas legum pactorum et observantiae rationes illi assignata, restrictae, ius, leges atque mandata securitatem publicam concernentia, promulgandi, in specie, patientes contra facinorosos vagantes affigendi, haud competere, ideoque facultatem istam eum iure, vagantes consueto modo, indagandi, persequendi et captandi sibi vindicare immediatum vogteiae atque territorii Dominum, salva demum centenaria

Iuris-

s) Perillustris *Meister in der vollständigen Einleitung zur peinlichen Rechtsgelehrsamkeit* p. 397. Link de Cent. §. 29. Ziegler de Iur. Maj. L. II. c. 17. Muller de Iure facinorosos sequela praef. perf. c. 2. Differunt ab isto generali facinorosos persequendi iure specialiora conducendi iura, quae peculiari reguntur fine et ad praesentem tractationem non spectant. Hodie quidem etiam haec conducendi facultas regulariter inest superioritati territoriali, generalem securitatis publicae, commerciorum, viarumque tutelam continent, nisi in quantum tertio ex pristini aevi reliquis per modum servitutis iuris publici in alieno competit territorio. Tum vero ultra terminos suos limitesque haud extendendum, sed strictissime interpretandum, nec regulariter ultra maleficia in actu et tempore conductus commissa admittendum, multo minus in viis, per quas illud haud competit, ut inde generalibus Domini territorialis iuribus eiusque curas publicae, quam fieri potest, minimum impedimenti obiciatur. conf. Böhmer ad Carpzov. q. 110. O. 5. Hildebrand de Iur. reg. in al. territ. superiorit. territ. non inf. C. II. §. 2. perillust. Hoffmann de Centena subl. Suevo Hallens. §. 25.

Jurisdictione , si de factis noxisque , vi pactorum et ob servantiae ad illius ambitum spectantibus , agitur.^{t)} Quae tamen , cum ad nimis specialia deducant , tetigisse tantum sufficiat.

Nunc quidem satis superque sentio , innumera , quae ad illustranda principia , heic proposita , ex historiae monumentis praesertim legum romanarum , germanicarumque reliquiis promi possent , superesse , imprimis vero , me multa adhuc debere , quae , posito hoc iurium discrimine , ad illustrandas componendasque recentiorum disputationes , de iustitia poenarum capitalium pro et contra agitatas , maximam partem ex confuso poenae conceptu , et eo praesertim , quod sub generali isto vocabulo quaevis etiam merae defensionis naturalis iura , sub imperio quoque civili conspicua , comprehendenterint , ideoque pro sectarum diversitate , iustitiam poenarum capitalium negantes , sub illarum nimis amplio et erroneo comple Xu , etiam dictos defensionis naturalis effectus sine ratione negaverint , vel contra , iustitiam poenarum capitalium defensentes iterum sub vaga sua poenarum voce suppliciorum fa-

E 3 culta.

t) Conf. Rechtl. Deducit. und Erörterung der Frage , ob das Ius affigendi litteras patentes , insonderheit auch gegen die Zigeuner und herrenloses Gefindel etc. der Zenth- und Fraisch , oder vielmehr der Vogtey- und Territorialberr sich mit Bestand Rechtens zuzuaignen habe ? de a. 1724. p. 101. sq. de Wernber de Iure affigendi publica mand. vogteiae immed. Link de Cent. p. 41. Praebeis de iniust. cent. extens. §. 16.

cultatem nimis evagantem statuerint, nec merae defensionis effectus, suppliciorum necessitatem unice inferentes, a poenarum foro, minime tam late patente separaverint, exortas, inservirent, et proferre potuissent, quae vero, cum praesentem scandum excederent, ad aliam occasionem servamus.

Haec itaque sunt, quae, cum munus Professoris iuris ordinarii, a PERILLVSTRBVS ATQVE GENEROSISSIMIS HVIVS VNIVERSITATIS CVRATORIBVS, DOMINIS MEIS GRATIOSISSIMIS, benignissime mihi demandatum, publico programmato denunciandum esset, quantum quidem pro exiguo, quo heic constrictus fui, spatio, nec non laborum forensum, coacervatorum, eorumque nullam plane moram ferentium, mole, atque temporis, quod furtim carpendum erat, brevitate fieri potuit, differere constitui. Quibus, quoniam sub Auspiciis Dei T.O. M. solennis oratio inauguralis, more maiorum celebranda, accedere debet, illi, craftino die, hora nona, instituendae, ut

MAGNIFICVS ACADEMIAE RECTOR,

GENEROSISSIMVS OPPIDI AGRIQE ALTORFINI
PRAEFECTVS,

CELEBERRIMI OMNIVM ORDINVM PROFESSORES
ET DOCTORES,

CIVES AC COMMITLTONES GENERIS ET DOCTRINA
NE VIRTUTVMQVE NOBILITATE ORNATISSIMI,

interesse ne graventur, omni, qua par est, observantia rogo
atque contendo, singularis illius benevolentiae tesseras gra-
tissimo per omnem vitam animo conservaturus.

P. P. D. XIX. SEPTEMBR. A. S. R. MDCCCLXXIX.


ULB Halle
003 331 415

3



TA-OC





12. 1779, 2a 7

COMMENTATIO
DE
POENIS AB EFFECTIBVS
DEFENSIONIS NATVRALIS
ETIAM
IN STATV CIVILI
PROBE DISTING VENDIS
QVA SIMVL
LEGES GERMANICAS
ADVERSVS FACINOROSOS VAGANTES
DIE ZIGEUNER etc.
EXTANTES
ALIAQVE IVRA HVC SPECTANTIA
ILLVSTRAT
ET AD
ORATIONEM IN AVGVRALEM
GENVINA LEGVM POENALIVM INDOLE
APVD VETERES ROMANOS
BENEVOLE AVDIENDAM
EA QVA PAR EST OBSERVANTIA
INVITAT
IVLIVS FRIDERICVS MALBLANC
I. V. D. INSTITVTIONVM IMPERIALIVM PROF. PVBL.
ORD. ET COLLEGII ICTORVM ASSESSOR.

ALTORFII
TYPIS IOHANNIS ADAMI HESSELII
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

N 54

